



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Cur mulier fugit in solitudinem? Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.
Sectio XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

prius egredi voluit, quò posset illà incendere. Ex quo planè colligitur, cum Deus iustos eripit, meritò supplicii aliquod timeri posse. Præterea significatur magnà esse apud Deum iustorum gratiam: siquidem quasi non possit illis viventibus inferre supplicia, prius illos per mortem eripere còsuevit. Vnde Moyse dixit Exod. 32. *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos: quem locum affert D. Hier. in epist. ad Gauden. Quando dixit, inquit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam serui preces impediabant: & Esai. 64. Non est, qui innocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te. Vnde Osee. 12, ubi est sermo de lucta Iacob cù Angelo dicitur: Inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: & est sensus Iacob cum lacrymis petiisse ab Angelo benedictionem: sed præterea iisdem verbis significatur orationem iusti cum lacrymis, quæ illis verbis indicatur, fleuit, & rogauit, esse veluti luctam, qua homo cum diuina iustitia luctatur, & superior euadit, quemadmodum Iacob orans cum lacrymis Angelum illum qui Deum representabat, superauit: vnde & nomen Israelis obtinuit. Eo enim loco Israel non est, *Videns Deum*, vnde multi perperam existimarunt, sed *Princeps cum Deo*, vt auctor D. Hieron. in tradition. Hebraicis in Gen. Alterum, quod in verbis Esai. 57. comprehenditur, est colligi iustum à facie malitiæ, id est, obire ante diem à natura præstitutum, ne à malitia peruertatur.*

Iustorum gratia apud Deum quant.
Exod. 10. 32.
D. Hieron.
Esai. 64. 7.
Osee 12. 4.
Orans cum lacrymis luctatur cum Deo.
Israelis nomen interpretatio.
D. Hieron.

Cur mulier fugit in solitudinem?

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta.

SECTIO XV.

Significatur ad literam tantam fore Antichristi persecutionem, vt magna Ecclesie pars ad eam superfugiendam secedere debeat in solitudinem, & in latebras, ac deserta loca se abdere toto tempore imperij Antichristi, vt paulò post subditur, *Vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta*: quam expositionem sequuntur Areth. & Andr. Casar. Reliqui omnes ad allegoriam deflexerunt, quorum gratia nos etiam eam hoc loco paucis illustrabimus.

Arethas.
Andr. Casar.
Primas.
Præsentis vite solitudo.
Num. 2. 1.

Primum igitur Primas, per solitudinē intelligit totius huius vitæ decursum, in qua tanquā in aspera quadam solitudine peregrinamur: idque ait adubrātū fuisse in peregrinatione Hebræorū per desertū: nec verò in hac solitudine deesse ignitos serpentes, quos Num. 21. legimus peregrinantem populū malè diuexasse: quorū tamen morsus Christi serpentis ænei còspectu in cruce pèdentis sanantur pasci etiam Christianū populū manna cælesti, hoc est, sacramento Eucharistiæ. Alij solitudinē hanc meritis quendā recessum per contemplationē, temporaliūque reuē despicientiā interpretantur, in quibus est Pann. & plerique alij, iuxta illud Osee 2. *Eccc ego lactabo eam, & ducā eā in solitudinē, & loquar ad cor eius: & dabo ei vinitores eius ex eodē loco, & vallē Achor ad aperiendā spem: & canet ibi iuxta dies inuentus sua, & iuxta dies ascensionis sua de terra Egypti: quod vaticiniū docet D. Hier. ad Christi tēpora pertinere hōi sensu: tunc, hoc est, in aduentu Christi aperiet spem salutis, & dabit locū pœnitentiæ, & blādietur ei: hoc enim significat: *Lactabo eā*: vt post pœnitentiæ magnitudinē dolores pristinos repromissione mitiget prosperorū. *Et ducā eam in solitudinē*. j. educam ex malis, sicut & prius educeram de Egyptiaca seruitute: & loquar ad cor eius verba mollia, vt tristitiā gaudio tēperem. *Et dabo ei vinitores ex eodē loco*. j. Apostolos, qui fuerunt de genere Iudæorū, eandēmq; Egypti vineam doctrina Euāgelica excoluerūt. *Et canet ibi iuxta dies inuentus sua*, cum vidit Pharaonē, eiusque exercitū submergi in mari rubro, quia latabitur de sua per Christi-*

Pannon.
Osee 2. 37.

stum redemptione, & libertate. Verum, quod ad rem facit, est illud: *Lactabo eam, & ducam eam in solitudinem*, quod de spirituali solitudine, & secessu à mundi curis interpretantur communiter Doctores. In qua solitudine Dominus ad cor animæ loquitur, ipsamque quodammodo lactat, hoc est, spiritualibus cōsolationibus quasi decipit: sic enim accipiendum est, *Lactandi*, verbum iuxta illud Prou. 1. *Filijs te lactauerint peccatores, ne aquiescas eis*. j. si te blanditijs decepti: decipere autem animam Deus dicitur quoad iudicium, & opinionem impiorum, cum eam à terrenis voluptatibus ad amorem sui abducit: impij enim infensatos eos arbitrantur, qui terrena contemnentes caelestia concupiscunt. Eodem sensu dixit Regius vates:

Psal. 54. 7.

D. Gregor.
Iob 3. 15.

Hier. 15. 17.

III.

Commenda-
tur solitudo.
Iob 29. 18.
D. Greg.
Psal. 83. 4.

Solitudinis
animæ.

Psal. 101. 7.
Pelicanus
symbolus
penitentium.

Thren. 3. 17.
Solitarius
quo pacto le-
uet se super se
D. Ambros.
Solitarius li-
cet otiosus
maximè
actuosus.

Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Sic enim eum locum eleganter ponderat D. Greg. li. 4. Mor. c. 28. in illa verba Iob. 3. *Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum Regibus, & consilibus terra, qui adificant sibi solitudines.* Solitudines, inquit, adificare est à secreto cordis terrenorum desideriorum tumultus expellere, & intentione aeterna patria in amore intima quietis anhelare. Bene autem qui sibi solitudines construxerunt, etiam consules vocantur: quia ita in se solitudinem mentis adificant, ut tamen in quo praevalent, alijs per charitatem consulere minimè desistant. Sane David sibi solitudinem construxit, cum dixit. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Fugiens enim se elongat, qui à turba desideriorum temporalium in altam Dei contemplationem se subleuat: manet vero in solitudine, qui perseuerat in remota mentis intentione. De qua bene solitudine Domino Hieremias c. 15. ait. *A facie vestrae scilicet sedebam: quoniam comminatione replesti me: ac si aperte dicat: Dum considero, quid per iudicij experimentum patior à tumultu desideriorum temporalium, trepidus mentis secessu in peto, quia adhuc illa acruis, quæ minaris, aeterna supplicia formido.* Hac Greg.

Eadem mentis solitudo multis alijs Scripturae sacrae testimonijs cōmēdatur, veluti Iob 29. *In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.* Quem locū D. Greg. li. 19. Mor. c. 24. ad pacē Ecclesiae refert. *Quid hoc loco, inquit, per nidulum exprimitur, nisi tranquilla fidei quies? Nisi enim sancta Ecclesia infirmos quosque filios nunc in pacis nido enutritur, non diceret Regius vates. Pl. 83, Etenim passer inuenit sibi domū & curretur nidū, ubi ponat pullos suos. Turtur enim inuenit sibi nidū, quia Ecclesia amore conditoris crebris gemitibus uritur, & velut nidū sibi, id est, pacatissimā fidei quietem construit: in qua crescentes filios quasi plumescētes pullos quosque ad superiora euolet, charitatis gremio calefactos fouet. R. ecce autē subianxit: Et sicut palma multiplicabo dies: palma enim tardè proficit: sed diu in viriditate subsistit. Quæ omnia in spirituale mentis solitudinē aptè cōueniunt, quia veluti in nido animus cōquiescit, plumescitque virtutū pennis: quo etiā pertinet illud Pl. 101. *Similis factus sum pellicano solitudinis in tebo.* Quo loco per pelicanū, qui pullos dicitur occidere, & postea tribus diebus lugēdo sanguine suo ad vitā excitare, accipiēdi sunt pœnitētes, qui peccādo opera sua mortificauerunt: postea autē lugentes per penitentiam tribus diebus, hoc est, tribus actibus pœnitentiæ, videlicet cōtritione, cōfessione, & satisfactione viuificant. Quoniā verò hoc in spirituali mentis solitudine efficitur, additum fuit: *solitudinis.* Eiusmodi solitariū commendat Hier. Thren. 3. *Bonum est viro, cum portauerit iugū ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* Solitarius enim est, qui in sui cordis antimo secessu eleuat se super se per cōtemplationē, se, inquam spirituale super se carnale. Ita hunc locum intellexit D. Ambros. serm. 9. in Pl. 119. quāuis aliter legat: *sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum graue.* Et quidē multè codices correcti habent: *Quis leuabit super se, nimirum iugum Domini, cuius pauld ante facta fuerat mentio. Quis est, inquit Ambr. qui singulariter sedet, nisi qui secularibus voluptatibus abdicatis molestias omnium eludit cumulum? Illud tamen aduerte ex eodē Amb. lib. 3. officiorum c. 1. huiusmodi virum solitariū, quāquam otiosus videatur, maximè tamen esse actuosum:**

quæ ad modum ipse elegit verbis explicavit. Nō primus scipio sciuit solus nō esse, cum solus esset. sicut ante ipsum dicitur Moyses, qui cum acceret, clamabat, cum otiosus staret, preliabatur. Ad eo otiosus, ut manus eius alij sustineret: nec minus, quā ceteri negotiosus, qui otiosis manib. expugnabat hostē, quē nō poterant vincere, qui dimicabat. Cuius autē materia negotia, quā huius otia qui 40. diebus positis in monte totam legem complexus est: Quando ergo iustus solus est, qui cum Deo semper est: quando solitarius est, qui nunquam separatur à Christo: Hæc Ambros.

Hoc nimirum est illud silentiū, de quo loquitur Esai. c. 30. In silentio, & sine erit fortitudo vestra. Verē enim fruuntur spirituali silentio, qui tumultum, & strepitū rerū temporaliū, curarūq; fugiunt: & meritō spes cū silentio iungitur, quia huiusmodi homines maximis à Deo beneficiis cumulātur. De eodēq; silentio accipiendū est illud eiudē vatis c. 32. Erat cultus iustitia silentiū. Vbi obseruādū est silentiū appellari cultū iustitiæ, tū quia hoc mētis silentiū, rerūq; terrenarum obliuione maximē Deū colimus: tum etiā, quia ipsum materiale silentium maximē conducit ad colendā, assequendāq; iustitiā, ut meritō ipsummet silentium cultus iustitiæ per antonomasiā dici possit. Scio Hier. sic interpretari, ut vaticinetur Propheta cessaturā verbositate Hebræorū, cuiusq; illū legalē, qui in multiloquio, longinquē orationibus bona ex parte positus erat: Deūque post aduentum Messie in spiritu præcipuē adorandum, ut non multiloquio Iudaorum, inquit Hier. sed breuitate fidei adorēt Dominū. Hi sunt illi montes, de quib. dicitur Pl. 120. Leuasi oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi: auxilium meum à Domino: qui fecit calum & terram: qui locus sic potest transferri ex Hebræo: Leuasi oculos meos in montibus, ut sit sensus: in montium cacumine positus: cum spexi vndique, si qua mihi auxiliū poterat aduenire: & reperi nullum mihi ab hominib. creaturisque omnib. sed à solo Deo præsidium afferri posse. Quos autē alios montes hic debemus accipere nisi illos, ad quos viri spirituales contēplationē, spiritualeque solitudinem conscendunt? Hoc etiā illud est suspēdiū, de quo loquitur Iob. c. 7. Elegit suspēdiū anima mea, & mortē ossa mea: desperavi, nequaquā ultra iā vivā. Anima, inquit Greg. suspēdiū elegit, ut ossa mortatur, quia dum mentis intentio ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinē vitæ exterioris necat. Animam suam Paulus suspēderat, cum dicebat. Gal. 2. Vno autem iam non ego: vinit vero in me Christus. & ecclē autem subdit: Desperavi: iusti enim desperare est præsentis vitæ bona aternitatis electiōne deserere, mansura querere, & in bonis temporalibus suauitiam non habere. Denique hic est ille lectulus, in quo sponsa sponsum querit, ut impletur confitetur Cant. 3. In lectulo meo per noctes quasi, quem diligit anima mea. Quem locum expendens D. Greg. lib. 8. Mor. cap. 17. In lectulo, inquit, & per noctem dilectus queritur: quia inuisibilis conditoris species repressa omni corporea visionis imagine in cubili cordis inuenitur. Vnde Plalm. 149. dicitur: Exultabunt sancti in gloria: latrabuntur in cubilibus suis: quia scilicet cum mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriantur.

Quodnam sit prælium illud magnum in cælo inter draconem, & Michaëlem commissum?

Et factum est prælium magnum in cælo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnat, & Angeli eius.

SECTIO XVI.

Hoc præliū communiter Scholastici accipiūt de illo, quod inter Luciferū, & Michaële, & vtriusq; sectatores per intellectū, & voluntatē gestū est in cælo Empyreo: quæ ad modum docet Mag. sēt. in 2. d. 6. ibiq; omnes Scholastici, & D. Th. 1. p. q. 63. art. 8. Cæterum literalis expositio est de prælio, quod dæmō Ecclesiæ inferret per Antichristū extremo mundi tempore, tunc enim Michaël, qui præfectus

Exod. 17.
Esai. 30. 15.
Esai. 32. 17.
Silentium
conducit ad
colendam
iustitiam.
D Hieron.
Esai. 120. 1.
Lectio He-
bræica.
Præsidii cau-
sa ad solum
Deum fu-
giendum.
Iob 7. 15.
Solitudo ani-
mæ suspen-
diū ex Greg.
Gal. 2. 20.
Cant. 3. 1.
Psal. 149. 5.

1.
Magister.
D. Thom.
Scholastici.
Michaël, &
Angeli su-
gnabant cum
Lucifero pro
Ecclesiæ de-
fensione.

